BOUSSUET
DE NATURA
AQUATILIUM

NOVARINIS

1558

1018
N.

DH
4586

Early Woodcuts
27/-
2 vols in 1

214
208

mm

.Ii,3,20.

IACOBI DE

# NOVARINIS

CONDOMINI VENASCÆ, ET
SANCTI DESIDERII, IVDICIS,
Doctoris ordinarij Auenionenſis, ac
legum Comitis

ENARRATIO *In l. Vnic. de profeſſ. qui in vrb. Conſt. libro xij. C. Quæ fuit ab eodem veſte purpurea ornato die quarta Ianuarij.* M. D. LVIII.
*In Palatio Apoſtolico, & in præſentia Ampliſſimi Prolegati, ac Doctorum, & Nobilium totius Ciuitatis pro adipiſcendi Comitis dignitate ſeu illius poſſeſſione, vel quaſi vnica prælectione explicata.*




LVGDVNI,
APVD MATTHIAM BONHOME.
SVB CLAVA AVREA.

M. D. LVIII.



# REVERENDISS. AC

*amplißimo Antiſtiti, & domino D. Iacobo Mariæ Salæ Viuarienſi Epiſcopo, ac Prolegato Auenionen̄. dignißimo, Iacobus de Nouarinis Condominus Venaſcæ & ſancti Deſiderij, Iuriū Doctor & Comes, ac profeſſor ſeu Regens Auenicus, quartùm Iudex Auenionen̄. S. D.*

CV̀M diu multúmque animo perpēderem, humaniſsime Prolegate, quot, quantiſque beneficiorum numeris tibi ſim deuinctus, ingrati hominis eſſe iudicaui, illis ſi non in totum, ſaltem aliqua ex parte non ſatisfacerē. Quis enim ignorat? quis ambigit, cùm Legationis munere pro hac inclyta Auenionen̄. ciuitate, dulciſsima patria, apud ſummum Pontif. Iulium tertium, Romæ fungerer, quanta me humanitate ſuſceperis? aut cui notū non eſt, cùm

Roma huc rediiſſem,tua vnius opera,& auctoritate, pro prouincia illa Legationis à me ſuſcepta, ac explicita, dignum mihi tributum fuiſſe honorarium? Idque eorum prorſus exploſis calumniis, à quibus defendi debueram. Accedit iudicandi hoc non minùs dignum,quàm honorificum officium, quo me honeſtare ſuperioribus dignatus es menſibus. Quamobrem cùm his multiſque aliis quàmplurimis beneficiis me tibi deditiſsimũ eſſe iam diu agnoſcerem, pro his equidem minus aliquod egregium (quod tuæ celſitudini cõueniret) offerendum duxi, quod non ex fortunæ bonis (quæ fluxa, ac fragilia ſunt, & variis rerum caſibus ſubiacentia) eligẽdum exiſtimaui,cùm præſertim huius condititionis exiſtas, vt qui tibi aurum porrigat, is in ſyluam ligna ( vt trito fertur adagio )aut aquam in mare ferre videatur .Sed hoc potiùs ex animi dotibus tibi dicandum eſt. Quapropter cùm nuperrimè à iure mihi conceſſæ Comitis,Duciſque prærogatiuæ poſſeſsionem,ſeu quaſi non ſolùm te permittente,verùm & perſuadente, in ſacro Palatio tuo Apoſtolico (ſuperbo tecto) & celſitudinis tuæ præſentia adeptus eſſem, dum interpretarer, toto Auenionenſi populo celebríſque ordini cuiuſque hominum frequentia eò confluente, legem illam Vnicam C. de Profeſſ. qui in vrb.Conſtan. docen. ex leg. merue. comiti. libro xij. ab amicis vehementer rogatus ſum, (quibus id honeſtè negare minimè poteram) vt, quæ coram Reueren. P. tua, totiúſque

vrbis

vrbis Primatibus, viua pronũciaſſem voce, ea denique omnibus communicarem. ac propterea hos noſtros in predictã l. Vnic. ſuſceptos labores (ingenij noſtri primitias) digniſsimo nomini tuo conſecrandos decreui: vt ea protegas quæ tua emittuntur ſub auctoritate: vtque intelligas eum ab ingrati animi nota alieniſsimum eſſe, quem infinitis propemodùm obruiſti beneficiis.
Quorũ ſi quando vnquàm oblitus fuero, obliuiſcatur me dextera mea, adhæreatque lingua mea faucibus meis, ſi nomen decuſque tuum vbique locorum prædicare ceſſauerim.

AD PAVLVM IORDANVM Vrſinum torquati ordinis Chriſtianiſsimi Francorum Regis Equitem fortiſsimum, Iac. de Nouarinis Legum Comitis Carmen.

*Clara potens totum domus eſt Vrſina per orbem,*
*Traxit ab Hectorea nobilitate Genus.*
*Illius eſt forti deductum nomen ab vrſo,*
*Quod non ſorte datum ſed ratione putes:*
*In victos Vrſus cùm non ſæuire feratur,*
*Parcere qui miſeris, ſupplicibuſq; ſolet.*
*Aſt vbi reſtiterint homines, violentior vrſus*
*Redditur, & rapidis vnguibus ille petit.*
*Tales Heroas fert gens Vrſina potenteis,*
*Magnanimóſque Equites, magnanimoſq; duces.*
*Dij tibi dent longæ fœlicia tempora vitæ,*
*O Spes, ô nati præſidiumq; mei.*

AD D. IAC. DE NOVARINIS IVris Cæſarei ordinarium profeſſorem eximiũ, ac Comitem illuſtrem: Iudicem Auenioneñ. æquiſsimũ Gabrielis Imberti Montiliani Carmen.

*Te tua poſteritas poſthac mirabitur vnum,*
*Auenici florens gloria prima ſoli.*
*Nam decus æternum patriæ, natiſque relinques,*
*Se debere tibi quod fateantur, erit.*
*Nulla tuum nomen poterit delere vetuſtas:*
*Mors nihil in tales iuris habere poteſt.*
*Strenuus Alcides immania monſtra ſubegit,*
*Aeternæ virtus præmia laudis habet.*

# SVMMARIVM LEGIS.

1 *Principes dicuntur Dÿ terreſtres.*
2 *Regimina Ciuitatum poni non debent in manibus mechanicorum, vel etiam Medicorum.*
3 *Spe præmiorum & honorificentia quadam ſunt homines ad virtutem alliciendi.*
4 *Immenſa Imperatoris clementia erga literatos viros oſtenditur.*
5 *Sedes Apoſtolica erga nos ſemper ſe liberalem exhibet.*
6 *Literæ ſubordinatio.*
7 *Vbi traditur aliquid pro regula, non eſt inquirenda dubitandi nec decidendi ratio.*
8 *Rubrica generalior nigro.*
9 *Cur Grãmatici, Sophiſtæ, & Iuriſperiti tantùm hac l. comprehẽdãtur.*
10 *Niſi eſſent Doctores mundus regi non poſſet.*
11 *Ad cognitionem Iuris Ciuilis ſcientiæ niſi per Grammaticam & Dialecticam peruenire non poſſumus.*
12 *Grammatici, Sophiſtæ indiſtinctè ad honores cum Iuriſperitis admittuntur.*
13 *Vagans per omnes ſcientias vix perfectus erit.*
14 *Digniores in ordine literæ ſunt primo loco nominandi.*
15 *Grammatici pertinaces dicuntur, & Dialectici circa phantaſmata ſe torquent.*
16 *Scientia Iuris Ciuilis ſanctiſsima res eſt, & cui omnis ſcientia ancillatur.*
17 *Notatur hîc Ferretus & modeſtè.*
18 *Hanc l. non eſſe localem multis argumentis comprobatur.*
19 *Studia legitima olim tantùm erant Romæ & Conſtantinopoli.*
20 *Hodiè docentes in publicis vniuerſitatibus gaudent huius l. priuilegio.*
21 *Vbi mens & verba l. deficiunt, ceſſat l. diſpoſitio, aliter ſecus.*
22 *Priuilegio præſcriptionis centum annorum gaudent omnes catholicæ Eccleſiæ.*

23 *Bar. extollit Ciuitatem Peruſinam.*

24 *Laus vrbis Auenicæ à Profeſſoribus.*

25 *Ioan. Ang. Papij commendatio.*

26 *Hæc lex locũ habet tã in ordinarijs quàm extraordinarijs profeſſoribus.*

27 *Lex iſta loquitur de Profeſſoribus qui publicè docentes nondum ſunt promoti.*

28 *Hæc conſtitutio loquitur de qualitatibus requiſitis ad doctoratum.*

29 *Docentes per viginti annos continuè efficiuntur Duces & Comites ſimul.*

30 *Dictio ex idem importat quod ipſo iure.*

31 *In delictis poſt effluxum vigeſimum annum ceſſat omnis inquiſitio.*

32 *Doctor ſemel approbatus publicè docens per 20. annos non poteſt reprobari.*

33 *Magiſtri & Doctores in famoſa Vniuerſitate publicè docentes per 20. annos efficiuntur illuſtres.*

34 *Imò prædicti habent propriam & Ducum & Comitum dignitatem licet ſint ſine Comitatu.*

35 *Doctores per hanc l. Duces & Comites effecti quæ habeãt priuilegia.*

36 *Aſpirans ad hanc Comitis dignitatem nunquid coniunctim omnes iſtas conditiones habere debeat.*

37 *Falſa & erronea gloſſæ interpretatio.*

38 *Lex fieri debet de his quæ frequenter & non quæ perrarò contingunt.*

39 *Lex poßibilis eſſe debet.*

40 *Nouus intellectus ad hanc l. Vnicam.*

41 *Virtus legum conſiſtit in inductione.*

42 *Intellectus de quo ſuprà coadiuuatur ex generali conſuetudine.*

43 *Bar. lucerna Iuris.*

44 *Accurtius vberrimus fons Iuris Ciuilis.*

45 *Idem Accurtius & Bar. bonarum literarum expertes.*

46 *Comes ipſo Iure exiſtens vtique poteſt à principe Comes declarari.*


ENARR.

# ENARRATIO

## IN PRÆDICTAM LEgem Vnicam.

SCIENTIAM Iuris Ciuilis (Ampliſsime Prolegate, vóſque generoſi Patres) humano generi non ſolùm vtilẽ, ſed perquàm neceſſariam eſſe, nemo facilè inficiari poteſt. In ea ſiquidem ciuitatum, populorum, ac Regnorum omnium libertatem, pacem, dignitatem, omnémque poteſtatem tanquam in ſolido fundamento conſtitutam eſſe, ſatis hucuſque ab omnibus exploratum eſt. Quid enim eſt, quod lites tũ inter principes, tũ reliquos homines ſubortas decîdit, ac diiudicat? Quid inter homines concordiam alit? Quid deniq; ciuitates olim cõſtituit, & homines alioqui vagos in ſocietatem coëgit? nihil certè, nihil aliud, quàm diuinitus inſpirata Iuris Ciuilis ſcientia. Quam ſanè principes omnes amplecti, amare, ac exoſculari debent. per eam enim fit, vt ipſi cum ſumma tranquillitate ſubditis ſuis imperitent, ab eiſdem colantur, ac reformidentur. Et vt Dij
1 terreſtres meritò dici ab omnibusq; cenſeri debeãt: vt inquit
no. Salic. in l. ad inſtitutiones. C. de Sacroſanct. eccl. Imò, ſi

vera fateri liceat, Quid eſt quod illuſtriſsimum noſtrum à Farneſio Legatum, eiúſq; Prolegatum digniſsimum, tam quietè inter nos regnare facit, vſqueadeo coli, ac obſeruari, quàm huius noſtræ ciuilis ſcientiæ perpetua obſeruatio? Nemo itaque admodùm admirari debet, ſi ſemper & vbique noſtri Iureconſulti (præſertim hi qui publicè Iura interpretantur) apud omnes etiam exteras nationes in magna veneratione habiti fuerint. Et ſi illi etiam apud Imperatores; & Reges tanta auctoritate valuerint, vt eis omnino vniuerſæ Reipub. gubernacula commiſſa, ac credita extiterint. Hínc ſiquidem valde aberrare videntur, qui po
2 nunt regimina ciuitatum in manibus mechanicorum, vel etiam Medicorum, hoc expreſsè dicente Ang. Are. in §. fi. procem. Inſtitutio. Quo fit, vt hic noſter Valentinus Imperator Auctor huius noſtræ .l. Vnic. voluerit vnumquemq;
3 noſtrum ſpe præmiorum, & honorificentia quadam ad hanc penè diuinam Iuris Ciuilis ſcientiam allicere & prouocare: Cùm præmia ſi tollas, virtutem ipſam quis amplectetur? Et hoc quidem ſtudiorum labor meretur: vt inquiūt Diocletianus, & Maximianus Imperatores, in l. 1. C. de aſſeſſ. Meritò, ne quaſi in incertum currere videremur, nobis brauium quoddam ſatis honorificum ob oculos propoſuit, vt ſic curramus, vt comprehendamus. Cuius rei prætextu hanc Rubr. ſimul cum vnic. ſola. l. de profeſſ. qui in vrb. Conſtan. Quam quidem hac vnica noſtra rudi, & inſipida prælectione hodierno die, Deo bene fortunante interpretandam ſuſcepimus) in medium idem Imperator attu-
4 lit. Per quam apparuit immenſa eiuſdem Imperatoris benignitas, & clementia: dum voluit nos conſequi debere præclaram illam comitiuam dignitatem, ſeu comitibus, ducibúſue dignam & appropriatam, ſi per viginti annos in hoc laborioſo, ac faſtidioſo munere docendi continuè perſeuerauerimus: quaſi tunc legitimè certauerimus. Ecce quan-

ta fuerit ipſius Imperatoris erga ſtudioſos, ac literatos viros liberalitas, & munificentia. Quid enim literatis, inquã, hominibus plus honoris conferre potuiſſet, quàm vt & ipſi inter comites ſimul & duces connumerentur? Quam libera litatem vberiùs, & perfectiùs in nos idem Imperator exercuiſſet, ſi præfatam illam comitis dignitatem prouentibus condignis aſſociaſſet: cum ſine temporalibus (vt dici ſolet) frigeſcant huiuſmodi dignitates, ſicut ſpiritualia: ait tex. in
5 c. ſi quis obiecerit, 1. q. iij. ſimile nempe facit illa Sanctiſsi ma Apoſtolica Sedes, quæ ſemper erga nos ſe liberalem exhibet, ac oſtendit. Vt dicit text. in c. ſedes extrà de Reſcrip. Cuius Sedis Apoſtolicæ liberalitas in eo depræhenditur, vt animaduertit ibidem gloſſ. quod nemini claudat gremium redeunti.

¶ Condeſcendo itaque ad præfatum inſtitutum noſtrum in Nomine Sanctæ, ac indiuiduæ Trinitatis, Virginíſque Glorioſæ, cui me totum deuoueo, ac commendo.

6 ¶ Dicitur hic in Rubro *de profeſſoribus, qui in vrbe Conſtantinapolitana docentes ex Lege meruerunt comitiuam.* ¶ Demum ſubſequitur in nigro: cuius ſubordinationis ſeries hęc eſt, *Placuit Grammaticos tam Græcos, quàm Latinos ſophiſtas, & Iuriſperitos in hac Regia vrbe profeſſionem ſuam exercentes, & inter ſtatutos connumeratos, ſi laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtrauerint, ſi docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiãque diſſerẽdi ſe habere patefecerint, & cœtu ampliſsimo iudicante digni fuerint æſtimati, cum ad viginti annos obſeruatione iugi, ac ſædulo docendi labore peruenerint, placuit inquam eos ſcilicet honorari, & ijs qui ſunt ex Vicaria dignitate connumerari.* Hæc ſunt (niſi fallor) propria verba tam in Rubro quàm in Nigro poſita.

¶ Nunc videamus de expoſitione, ſeu interpretatione prædictorum verborum, (ſi tamen priùs hoc vnum à vobis benignè impetrauerim). Vt me patienter, ac æquo animo

audiatis, ſi fortè aliquantulum vltra horam vos remorer. Quia vt inquit tex. in cano. ponderet. 50. diſt. tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. Et præſertim cùm mihi quodãmodo inciuile eſſet hinc recedere, niſi hac tota Lege perſpecta, & explicita: vt in ſimili dicit tex. in l. inciuile. ff. de legib. Videamus inquam de expoſitione verbo-
7 rum prædictorum. Quandoquidem vbi in lege quadam traditur aliquid pro regula (prout in hac l. noſtra Vnic. fieri contigit, vbi traditur nobis Iuris priuilegium, quod pro regula habetur) non eſt neceſſe quęſtionem, ſeu caſum in terminis formare, & conſequenter non eſt tunc inquirenda dubitandi, nec decidendi ratio, ſed tantummodo tex. eſt literaliter exponendus: Vt tradit Bal. in c. mandato extra de procur. Ideò ſciendum eſt quòd iſtud verbum docentes poſitum in Rubro quamuis ſit generale, ac commune verbum ad omne diſciplinarum genus, tamen hoc in loco ſic accipere debemus, vt ſolùm comprǽhendat Grammaticos, ſophiſtas (qui ſecundum gloſſam hîc dialectici dicuntur) & Iuriſperitos: cùm de prædictis tribus tantùm in hoc ſe-
8 quenti nigro exprimatur. Et ita hæc Rubrica erit generalior ipſo nigro: quod in pleriſque aliis Rubricis fieri contingit. Vt abundanter de hoc articulo, ac aliis quàmplurimis quæſtiũculis ipſam Rubricam tangentibus traditur per Iaſ.
9 in Rubr. Inſtitu. de Actio. ¶ Sed mirum quippe eſt cur docentes cæteras liberales artes, quales ſunt Rhetorici, Geometri, Aſtronomi, Arithmetici, Muſici minime ſuo hoc iuris priuilegio compræhendantur. Cùm prædictas artes docentes non minus vacent liberalibus Studiis, ſeu artibus quàm Grammatici, & Sophiſtæ, qui Grammaticam ſeu Dialecticam docent. Et licet docto. nihil de hac re penitus (& fortè inaduertenter, vt arbitror) tetigerint, non tamen impertinens videtur hæc diſputatio. Pro cuius rei veritate habenda vtique eſt credendum principale Imperatoris Valentini

hac in

hac in Lege intentum fuiſſe de conferendo hanc comitis dignitatem ſolis Iuriſperitis: cùm eorum doctrina totus illuſtretur mundus, ac regatur: per eos nempe fit, vt & ipſi principes, Reges, & Imperatores, pacificè regant, & domi

10 nentur. Adeò vt niſi eſſent Doctores, ſeu Iuriſperiti mundus regi non poſſet. Iſtud eſt elegans, & ſingulare dictum Panor. in c.de multa nu. 5.extra de præben. Imò quòd plus eſt ſine Iuriſperitis totus mundus in tenebris verſaretur. inquit Salic. in Auten. habita col. 1. in fi. C. ne Filius pro Patre. Ideo Iuriſperiti dicuntur ſtellæ in perpetuas æternitates manſuræ qua phraſi,dicēdíve modo vtitur tex.in c.fi. extra de magiſtr. Quò fit, vt facilè credendum inquā ſit, quòd principalis Imperatoris intentio fuerit conferre hāc

11 Comitis dignitatem ſolis Iuriſperitis. Verùm quia ad cognitionem huius noſtræ Iuris Ciuilis Scientiæ, niſi per Grammaticam, & Dialecticam minimè peruenire poſſumus: Cū per eandem Grammaticam (ſecundum Deſpauterianos) congruè loquendi,rectéque ſcribendi normam, ac per Dialecticam diuidendi definiendíque rationem nanciſcamur. Sine quibus ſanè artibus Iuriſperitus, nemo effici poſſet. Cùm ſint artes ſermocinales,& præparatoriæ ad hāc Iuris ciuilis ſciētiam: quas propterea in iuuentute addiſcere debemus. Cùm ſint artes ſine magna ratione.not. Io. Fabri. in proœmio Inſtitu. in §. cupidæ præſertim cùm per Dialecticam inter vera, & falſa (quod eſt proprium Iureconſultorum) iudicemus: ait tex.in cano. ſi quis artem. 37.diſtinct.

12 Ideò Imperaror hîc, & vbique indiſtinctè Grammaticos,& Sophiſtas ad ſimiles dignitatis honores vnà cum ipſis Iuriſperitis vniformiter admittit,quaſi per eos tendamus ad finem, & effectum ipſius Iuriſprudentiæ.Cùm idem ſit iudicandum de his,quæ tendunt ad finem, ſicut de ipſo fine. vulg. l.oratio ff. de Sponſal. Sítque idem iudicium de cauſa cauſante, effectum ſicut de ipſo effectu. l. quominus. Et ibi

Iaſ. VIII.not.ff.de Flumini.Quò fit (vt ad propoſitũ noſtræ prælibatę quæſtionis redeamus)vt mirandum non ſit,ſi alij docentes cæteras liberales artes minimè ſub hoc Iuris priuilegio contineantur. Cùm prædictæ liberales artes non
13 ſint admodùm Iuriſperitis neceſſariæ. Immò vagans per omnes iſtas ſcientias ſiue artes vix perfectus erit. Vt notãter tradit Io. Fabr. in §. his igitur nu. 3.inſtitu. de iuſtitia,& iur. Accedat id quod vulgò dici ſolet,Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Pro quo dicto eſt tex. in l. fi. C. de aſſeſſor. vbi etiam gloſ. adducit illud commune adagium. Qui binos lepores &c. Ex his premiſsis omnibus facilè inferri poteſt, quod quamuis Grammatici, & ſophiſtæ priùs hoc in loco, ſeu in ordine literæ ſcribantur,quàm ipſi Iuriſperiti,non tamen propterea dicendum erit eos eſſe Iuriſpe-
14 ritis digniores ſeu nobiliores:poſito quòd regulariter ſumamus argumentum ex ordine ſcripturæ,vt primò digniores nominentur, ac ſcribantur. Vt tradit Panor. in c. Ioannes per illũ tex. extr. de teſtam. Nam dum ibidem dicitur,Ioannes clericus, & o. laicus. &c. Aduertit ibidem Panor. in p. notab. ꝙ vbi in aliqua diſpoſitione facienda eſt mentio clericorum, & laicorum, præmitti debent clerici in ordine literæ tanquam digniores,& nobiliores. Tamen ex præmiſsis apparet, hîc ſumi non poſſe huiuſmodi argumentum ex ordine literæ, ſeu ſcripturæ, ex quo priùs hîc de Grammaticis,& ſophiſtis tanquam de ipſo cauſante, ac denique de ipſis Iuriſperitis tanquam de cauſato dictum extitiſſe fertur. Neque enim facilè credendum eſt, quòd Imperator qui erat totus Aulicus, ſeu curialis,vt tradit Bar.in l. vt reſpõſum C. de tranſact. Voluerit hîc Grammaticos,quorum quidem na
15 tura eſt ad quodcunque nomen, ſeu verbum adlatrare, qui propterea pertinaces dicuntur: vt not. gloſ. in Rubr. ff. ſolu. matri.Neque ſophiſtas, ſeu dialecticos, qui diebus, ac noctibus in obſcuritate mentis verſantes circa phãtaſmata

ſe tor

ſe torquent, vt ait tex. in Cano. nonne vobis, cum cano. ſeq. XXXVII. diſtinct. Non eſt, inquam, credendum, quòd Imperator voluerit, prædictos Grammaticos, & ſophiſtas vti digniores, & nobiliores anteponere Iuriſperitis. Quo-
16 rum nempe ſcientia ſanctiſsima res eſt, inquit tex. in l. 1. §. eſt enim quidem ff. de var. & extra. cogni. Ac per eam (vt ſtatim diximus) totus mundus regatur, & illuſtretur. Et præſertim cùm huic noſtræ Iuris Ciuilis ſcientiæ omnis ſcientia ancilletur. ſecundum Philoſophum in primo Ethicorum, vt refert Bar. in Tract. Tyberiadis. §. quia circa diuiſiones &c. Hinc videmus, quòd libri legales operantur armis, ſed non libri de Grammatica, ſeu de aliis ſcientiis: id notabiliter tradit Petr. de bella pertic. in Auten. ex teſta-
17 mento, col. ij. C. de colla. Sileat igitur ille noſter perpetuò honorandus Aemilius Ferretus, dum ex more ſuo nimiùm acuto, & pompoſo, ac iocosè quidem, (vt arbitror) tacitè innuerit per hanc noſtram Legem Vnicam Grammaticos, ac Sophiſtas vti digniores eſſe Iuriſperitis anteponendos, ſic prophanando miniſterium noſtrum. in l. Vnic. nu. LXIIII. C. de man. princip. Sed pace tanti viri dixerim, non eſt ita, vt ex iis (de quibus ſtatim dixi) facilè colligi poteſt. Præterea & II. videndum eſt, quid intelligat hîc Imperator, per hæc verba. *de profeſſoribus, qui in Vrbe Conſtantinapolitana docentes, ſiue profeſsionē ſuam in hac regia vrbe exercentes. &c.* De quibus tam in Rubro quàm in nigro reſpectiuè habetur.
18 Nempe localis videtur hęc cōſtitutio. Ita vt ad alios extra Vrbem Conſtantinapolitanam docentes non extendatur iſtud Iuris priuilegium. vt in ſimili dicitur de Eccleſia Romana antiquiori, quæ ſola gaudet præſcriptione centum annorum: ita vt nec noua quidem Roma (quę Conſtantinapolis dicitur) habeat hoc priuilegium. Vt habetur toto illo titulo in Auten. Vt Eccleſia Roma. cen. Anno. colla. II. & traditur notanter ibi per gloſ. circa princip. in verbo

anterior

anterior in fi. & facit. Quia vbi deficiunt verba legis, ibi quoque deficit legis ipſius diſpoſitio. l. IIII. §. toties. Et ibi Paul. Caſtren. in ſumma. ff. de damno infect. Sed ſic eſt, quòd in docentibus extra vrbem Conſtantinapolitanam deficiunt verba huius legis, ſimiliter in illis deficiet huiuſce legis diſpoſitio. Accedat regula, per quã dicitur, quòd vni eſt permiſſum, ſeu conceſſum, aliis cenſetur denegatum. l. cùm prætor. in princip. ff. de iudic. vnde cum hoc Iuris priuilegium ſit conceſſum docentibus in vrbe Conſtantinapolitana, ſequitur, vt aliis extra prædictam vrbem docentibus ſit omnino denegatũ. Et ita videtur localis hęc cõſtitutio. Et conſequenter apparet, quòd hodie ſit penitus abrogata, & ſublata. Cùm vrbs illa præclara Conſtantinapolitana fuerit à pluribus retro annis à Turcis (heu proh dolor) occupata, iuxta id quod dici ſolet. Si reprimeris nec nomen habere mereris. not. gloſ. in cano. admonere XXXIII. q. II. ¶ Quibus non refragantibus tu aliter dicas. Vt hæc prædicta verba (*in vrbe Conſtantinapolitana docentes ſiue profeſſionem ſuam exercentes*) ſic accipere debeamus, vt generaliter compræhendant quamlibet vrbem regiam ſeu pontificiam, ius, ſiue priuilegium generalis ac legitimi
19 ſtudij in ſe habentem. Nam cùm olim ſtudia legitima, ſiue publica non eſſent, niſi in duabus ciuitatibus tantùm, nempe Romæ, & Conſtantinapoli (cùm ſit ſecunda Roma) vt de hoc habetur in l. Vnic. & toto titulo de ſtud. liber. vrb. Romæ. ſupra libr. vndec. Ideò loquitur tex. hîc expreſsè de docentibus in vrbe Conſtantinapolitana, vt eiſdem ttibuatur hoc Iuris priuilegium, quaſi de docentibus Romæ nihil penitus (quin haberent illud idem iuris priuilegium) fuerit dubitandum. Cùm ibidem eſſet generale ſtudium omnium ſcientiarum antiquſsimum. Verùm quia ſicut hodie ſciſsum fuit Romanum imperium, ita fuit ſciſſum eiuſdem legitimum & generale ſtudium, & in varias

prouin

prouincias diſperſum, adeò vt hodie etiam in aliis pleriſque locis fiat huiuſmodi legitimum, ac publicum ſtudium,
20 quod refert gloſ. in. d. Rub. ſu. de ſtud. liber. Quo fit, vt hodie docentes in aliis ciuitatibus, in quibus hodie reperitur fieri iſtud legitimum ſtudium, habeant, ſeu habere debeāt hoc idem priuilegium: videlicet vt ſi docuerint per viginti annos continuè, connumerentur his, qui ſunt ex vicaria dignitate, vt ſic efficiantur Duces, & Comites ſimul: vt ſtatim poſt gloſ. dicemus. Et hanc interpretationem vt non ſit localis hæc conſtitutio, ſed extendatur ad alios docentes in qualibet generali, & famoſa vniuerſitate admittunt indifferenter doct. quos copiosè refert & ſequitur Franc. Purpuratus in l. I. in princip. nu. CXXXVII. ff. de offic. eius cui mand. eſt Iuriſdi. Quorum quidem opinionem confirmamus, argu. tex. in c. tranſlato ex. de conſtitu. vbi dicitur quòd tranſlato ſacerdotio, quod ſcilicet olim erat apud Leniticos, in diuum Petrum, neceſsè eſt, vt legis quoque tranſlatio fiat. Sic volo dicere tranſlato nempe ſtudio legitimo, quod olim erat Romæ, & Cōſtantinapoli, in alia videlicet vniuerſa loca, vt ſupra dixi, neceſſe eſt, vt huius quoq; legis trāſlatio fiat. Pro præmiſſorum ſolida confirmatione facit, quòd locus vrbis Conſtantinapolitanæ ideò hîc exprimitur, quòd olim ibidem, ſicut Romæ publicè ac communiter legebatur, & non in aliis locis, vt prædiximus. Meritò non dicetur localis hæc conſtitutio, ſed generaliter intelligenda erit: vt locum habeat etiam in aliis vrbibus Regiis, ſeu Pontificiis, in quibus adhuc iſtud generale, ſeu legitimum ſtudium publicè exercetur: vt in ſimili facit tex. in Auten. Caſſa. ibi per totam Italiam C. de ſacroſanct. eccleſ. Vbi locus Italiæ propter maiorem frequentiam exprimitur: Et tamen ſecundum glo. ibi & doct. illa conſtitutio generaliter intelligetur, vt ſcilicet locum habeat etiam in aliis prouinciis. Ad quod propoſitum plura accumulat Deci. conſil.

LXX. circa medium col. II. volu. I. hîc itaque dicendum eſt in caſu noſtro: Neque obſtat prædictis, quod in docentibus extra vrbem Conſtantinapolitanam videantur huius
21 legis verba deficere, & conſequenter diſpoſitio. Quoniam Reſpõdetur illud procedere, vbi verba legis, & mens ſimul deficerent: Secus verò, ſi verba, & non mens. Quo caſu licet verba deſint, habebit tamen etiam locum legis diſpoſitio, per ea quæ notanter trad. glo. in l. curatoris in glo. magna, vbi Caſtrenſis plura congerit. C. de neg. geſt. At hîc licet in docentibus ext. vrbem Conſtantinapolitanam deficiant huius legis verba, non tamen deficit mens: cùm mẽs Imperatoris hîc fuerit conferre hanc dignitatẽ docentibus in locis in quibus erãt permiſſa legitima ſtudia. ſicuti Romę, & Cõſtãtinapoli. Vnde cũ hodie ſint prædicta ſtudia in aliis pleriſque locis conceſſa, de mẽte Imperatoris eſt, vt præfatis docentibus tribuatur hęc eadem dignitas comitiua. Et per hæc apparet, quòd non obſtat id, quod dicebam de Eccleſia Romana antiquiori, quę ſola gaudet pẹſcriptione centum annorum. Vt nec noua Roma, quę Conſtantinopolis dicitur: comprẹhendatur. Vt not. glo. in prẹalleg.
22 tit. vt Eccle. Romana. &c. in verbo anterior in fi. Quoniam reſpondetur, vt per Bar. ibidem nu. VIII. vt dictum illius gloſ. procedat quantum ad conceſsionem priuilegij: quòd licet fuerit Romę veteri conceſſum, vt ibidem in princip. dicitur, tamen illud idem ex quadam conſequentia habebit etiã noua Roma, vt hoc modo priuilegium comprẹhendat omnes catholicas Eccleſias. Similiter non obſtat regula d. l. cum prętor. que locum habet, niſi in aliis eſſet eadem ratio, quę eſt in expreſſis, vt voluit ibidem gloſ. in principio, in verbo videtur. Igitur cùm in docentibus in illis locis, in quibus ſunt hodie legitima ſtudia, ſic, ac militet eadem ratio, quę olim erat in expreſsè, & verè docentibus Romæ: ac Coſtantinapoli, de quibus hîc exprimitur,

in illis inquam habebit locum huiuſce noſtræ legis diſpo-
23 ſitio. Hinc eſt, quod Bar. hîc extollit Ciuitatem Peruſinam, cùm habeat peiuilegium ſtudij, prout ciuitas illa præclara
24 Conſtantinapolitana. Hoc idem de hac noſtra celebri Auenica vrbe, quæ eſt ſecūda ſedes Pontificia, & ſic ſecunda Roma hodie dicitur meritò dicere poſſumus & debem⁹. Cū nō ſolū habeat ius ſeu priuilegiū legitimi, ac generalis ſtudij inſtar vrbis, ac aliarū vniuerſitatū Gallicarū, vt liquidò cōſtat priuilegij, & indultis a sūmis pōtificibus, & Chriſtianiſsimis francorū Regibus hactenus conceſsis, & in archiuiis noſtrę almæ vniuerſitatis incluſis, ac diligenter, reuerenterq; cuſtoditis. Sed vti ſydus ſplendidum relucet inter cæteras noſtras citramontanas vniuerſitates: Quæ de ſeipſa in hoc potiſsimùm gloriari poteſt, quòd ſemper extraordinarios profeſſores, vt de ordinariis regentibus pro nunc taceam, acutiſsimi ingenij viros, & inter alios Iuriſprudentiæ primatum obtinentes, vſque in hodiernum diem ex omni
25 regione quæ ſub Cœlo eſt habere procurauit. De quibus ſanê plura impreſentiarum dixiſſem, niſi in vitium quodammodo adulationis incidere viderer, propter communis exellentiſsimi & mihi perpetuò colendiſsimi præceptoris præſentiam Ioannis Angeli Papij quem honoris cauſa hoc in loco nomino, & cui me tantum debere profiteor, (ne ingratus videar, cum ingrato homine terra nil peius creet, & vt veritatem dicam, quantū filius patri. Cuius rei pretextu prudens obmuteſco. Porrò & tertiò dubitatur, quid ſibi velint alia, quæ hic ſubſequntur, verba: videlicet *& inter ſtatutos connumeratos.* Nam per hoc videtur quòd Lex iſta ſolùm compræhendat ordinarios docentes, ſeu lectores ordinarios: cum illorum ſit ſtatutus, ac deputatus numerus ad legendum, & ita inter ſtatutos connumerantur: hunc intellectum videtur habuiſſe Deci. in l. cùm quid. nu. XIX. verſic. & quod dictum eſt de doctore legente ff. ſi cert.

26 peta. Sed tu dicas aliter eſſe accipienda verba hæc, *& inter ſtatutos connumeratos*: cùm ſint apta generaliter compræhendere omnes qui ſunt ad docendum publicè præpoſiti, qui propterea dicuntur inter ſtatutos, id eſt deputatos ad docendum connumerari. Et hoc ſiue locum ordinarium, ſiue extraordinarium teneant. Vterque enim connumeratur inter ſtatutos, ſeu deputatos ad docendum, licet diuerſo quidē Iure doceant: Cùm alij ordinarij, alij extraordinarij exiſtant: Vnde cùm vtriſque coueniant verba huius legis in illis quoque conueniet huſiuſce legis diſpoſitio. d.l. iiij §. toties. Hinc dicamus prædicta verba tex. *& inter ſtatuteis connumeratos &c.* Solùm, & duntaxat fuiſſe hîc in text. appoſita ad excludendum eum, qui fortè non publicè præpoſitus ad docendum, ſed gratia ſui ingenij exercendi, vt ſæpenumero ita fieri contingit, publicè legeret. In eo ſiquidem non procederet noſtra lex, cùm non ſit inter ſtatutos ſiue deputatos ad legendum connumeratus. Quod expreſsè firmat Purpur. in d. l. i. in princip. nu. 140 .ff. de offic. eius &c. Et in d. l. cum quid. nu. 70. 71. ff. ſi cert. peta. Deinceps videndum eſt quartò, quid ſibi velint etiam illa verba: *ſi laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe oſtenderint, ſi docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiamque diſſerendi, ſe habere patefecerint, & cætu ampliſſimo iudicante digni fuerint eſtimati, &c.* vt hæc omnia vno quidem contextu bre
27 uitatis cauſa explicemus. Ex his nempè verbis ſatis inferri poteſt, vt text. iſte de neceſsitate loquatur de grammaticis, ſophiſtis, & Iuriſperitis. qui publicè docentes nondum ſunt promoti ad aliquod Magiſterium, ſiue Doctoratum. Nam text. iſte (vt videtis) conſiderat, quòd iſti ſint ſimpliciter grammatici, ſophiſtæ, & Iuriſperiti, non magiſtri aut doctores. Imò ſi Imperator de magiſtris ac doctoribns intellexiſſet, id expreſsiſſet, vt in ſimili fecit in L. Magiſtros ſup. de profeſ. & medic. lib. x. dum ibidem, inquit, magiſtros, & doct

& doctores primùm moribus excellere oportet, &c. Et ſic appellat eos magiſtros, & doctores: quòd in ſimili hîc feciſſet idem Imperator, ſi de prædictis intellexiſſet, hanc ponderationem, quòd textus iſte ſolùm concideret, quòd iſti ſint ſimpliciter Grammatici, Sophiſtæ, & Iuriſperiti facit Franc. Purpu. in d. l. Cùm quid. nu. 71 dicens ad hoc propoſitum nō eſſe nouum, vt ſcholaris quandoque ſit publicè præpoſitus ad legendum. Quòd ita ſibi de facto contigit anno quarto ſui ſtudij, vt ipſe præpoſitus publicæ lecturæ legeret, vt ſcholaſticus, cùm non eſſet doctor. Iſti, inquam publicè præpoſiti, qui nondum ſunt promoti *ſi laudabilem in ſe eſſe vitam probis moribus oſtenderint* (vt iam ad verba textus redeamus) *ſi peritiam docendi, facundiam dicendi, ſubtilitatem interpretandi, copiamque diſſerendi ſe habere patefecerint, & cœtu ampliſſimo iudicante fuerint æſtimati digni*, ſcilicet magiſterio, ſiue doctoratu, & ſic fuerint promoti ab ipſo ampliſſ. cœtu videlicet doctorum, vel aliorum profeſſorum, & hoc propter in eis inhęrentes qualitates prædictas, ſeu de quibus
28 hîc in text. Vt hoc modo text. requirendo prædictas conditiones, & qualitates, nempè vt habeant peritiam docendi &c. Loquatur de his qualitatibus, quæ neceſſariò requiruntur adeſſe ad hoc, vt Grammatici, Sophiſtæ, & Iuriſperiti, magiſtri, ſeu doctores efficiantur. In hoc concordat tex. in d. l. Magiſtros. dum inquit Magiſtros, & doctores primùm moribus excellere oportet, & ita oportet, vt primùm oſtendant in ſe eſſe laudabilem vitam probis moribus. Demùm ſubdit tex. eos oportet excellere facundie: Intellige, (vt explicant ibi Bar. & alij intèrpretes), facundia, id eſt, ſcientia, ſeu doctrina, vt ſic patefaciant ſe habere ſcientiam, hoc eſt peritiam docendi, facundiam dicendi, ſubtilitatem interpretandi, ac copiam diſſerendi, vt ſic tex. ille per hanc l. noſtrā interpretationem recipiat, vt quod dicitur ibi in genere, hîc exprimatur in ſpecie. & quòd tex. iſte prædicta commeran-

do loquatur de qualitatibus requiſitis ad magiſterium, ſiue doctoratum, hunc intellectum habuit Panor. in c. propoſuiſti nu. 14. extra de probat. dum ibidem inquit, quòd per hanc noſtram l. Vnicam quatuor copulatiuè requiruntur ad promouendum quem ad magiſteriam, ſeu doctoralem dignitatem, videlicet peritia docendi, facundia dicēdi, ſubtilitas interpretandi, & copia diſſerendi: licet alia duo adhuc copulatiuè, & ſic ſex requirantur, vt ibi latiùs per eū. Et ita intelligit iſtū tex. vt loquatur de conditionibus requiſitis ad magiſterium ſiue doctoratum. Vnde (ad propoſitum redeundo) Iſti ſic promoti ab ipſo ampliſsimo cœtu ſcilicet doctorum, ſeu aliorum profeſſorum ita iudicante, *ſi Iugi* id eſt continua *obſeruatione* (vt proſequamur ſingula verba tex.) *Et ſedulo labore docendi peruenerint ad annos viginti*, & ita docuerint per viginti annos continuè *placuit eos honorari, ac connumerari his, qui ſunt ex vicaria dignitate*, hoc eſt, vt expo. gloſ. hîc, quam ſequuntur doctores, efficiuntur Duces, &

29 Comites ſimul. Et iſtud eſt Iuri conſonū, vt priùs efficiantur Magiſtri, aut Doctores, quàm Duces, & Comites: Cùm gradatim ſit ad honores aſcendendum l. vt gradatim ff. de muneribus, & hono. quaſi velit iſte tex. quòd iſti Grammatici &c. ſic promoti dùm publicè præpoſiti docuerint per viginti annos continuè, vt cōnumerentur his qui ſunt ex vicaria dignitate ita ſcilicet vt ampliùs non ſit de eorū moribus, & doctrina inquirendū, ſed confeſtim ſeu ipſo Iure cōnumerētur, &c. ſiue efficiantur Duces, & Comites ſimul. Et in hoc rectè conueniunt verba huius Rubr. quibus dicitur ex lege meruerunt Comitiuam: Intellige ex lege, id eſt, immediatè ab ipſa lege, & ſic nullo alio penitus interueniente, ſeu re-

30 quiſito. Nam dictio ex (cum denotet cauſam proximam, ſeu immediatam) idem importat quòd ipſo iure: vt tradit. Iaſ. poſt Bar. in l. Non dubiùm nu. XXIII. C. de legi. meritò. hæc verba, *ex lege*, hîc in rubro poſita important, vt

præ

præfati docentes connumerentur immediatè, ſeu ipſo Iure inter Duces, & Comites. Et ſic important, quòd nihil aliud ſit inquirendum de eorum moribus, & doctrina. Et hoc habet in ſe multum rationis. Nam cùm iſti ſint iam promoti ad ipſam magiſteriam, ſeu Doctoralem dignitatem, ad quamquidem minimè promoueri poſſunt, niſi priùs de moribus, ac doctrina facta diligenti inquſitione, & demonſtratione per publicum examen d. l. Magiſtros (& ita obſeruat hîc noſtra conſuetudo) ſequitur, vt non ſit ampliùs de dictis moribus, & doctrina facienda inquiſitio ſiue demõſtratio, cũ rei iã demõſtratæ fruſtra adiiciatur alia demõſtratio. Inquit tex. in l. 1. in fine ff. de do. pręleg. pręſertim cũ ipſi ſic de morib⁹, ac doctrina iã approbati ꝑmãſerint in ipſo munere docẽdi per viginti annos: quo caſu ſi denuò ac iterũ de conditione ſuæ perſonę, & ſic de moribus, & doctrina ſumenda eſſet adhuc inquiſitio, eorum quippe conditio eſſet longè deterior, quàm conditio flagitioſorum, ſeu facinoroſorũ
31 hominum: aduerſus quos ceſſat omninò inquiſitio criminum poſt effluxum vigeſimum annum à die commiſsi delicti, quamuis agatur de publico intereſſe, quod conſiſtit in delictis puniendis, vt de hoc eſt caſus in l. Querela C. ad l. Corne. de fal. vbi vult tex. quòd crimen falſi tollitur præſcriptione viginti annorum, ſicut & alia crimina eadem præſcriptione viginti annorum tolluntur. Si igitur poſt effluxum vigeſimum annum à die ſcilicet commiſsi delicti amplius inquiri non poſsit de conditione perſonæ ipſius delinquentis: multò minus erit inquirendum de conditione perſonæ illius, & ſic de eius moribus, & doctrina, qui promotus ad aliquem magiſterij ſeu doctoratus gradũ permanſerit in ipſo munere docendi per viginti annos, per
32 quem tex. etiam adhuc rectè inferri poteſt ad vnum ſingulariter, & nouiter notandum, quòd quamuis doctor ſemel approbatus poſsit publico fauore propter imperitiam re

probari

probari,vt quia ſcolaſticis minus vtiliter legit l.grāmaticos & ibi Bar. ſummando illum tex. ſup. de profeſſo. & medi. libro x. & notat glo. in l.Pomponius in 1.in verbo ſemel ff. de nego. geſt.non tamen puto, vt poſſit reprobari,ſi in ipſo publico munere perlegendi per vigeſimum annum permanſerit, quaſi non ſit amplius de eius conditione inquirendum, quamuis agatur de publico fauore, quandoquidem ſi iſtud obſeruatur in delinquentibus, vt poſt vigeſimum annum à die commiſsi delicti inquiri non poſſit de ipſa conditione perſonæ d. l.Querela, multò magis obſeruandum erit in ipſis per viginti annos publicè docentibus, qui ad aliquem dignitatis gradum iam ſunt promoti, per argumentum à multò magis, quod eſt in Iure validum. Au
33 ten. multomagis C. de Sacroſanct. eccl. Igitur ex præmiſsis reſtat concludendū, vt Magiſtri, & Doctores publicè præpoſiti docentes per viginti annos continuè in aliqua famoſa ac generali vniuerſitate ipſo quidem iure efficiuntur Duces, & Comites ſimul,ac propterea cùm vtramque annexā in ſe habeant & Ducum, & Comitum dignitatem, dicuntur illuſtres, cùm aliâs ſimpliciter Duces ſeu Comites nō dicantur illuſtres, ſed ſpectabiles tantùm, niſi fuerint Duces, & Comites ſimul,ſicuti præfati Doctores docentes per viginti annos, vt communiter traditur per ſcribentes: quos refert & ſequitur Iaſ. poſt longam diſputationem in l. 1. in prin. poſt gloſ. ibi in verbo,tribuuntur.nu. x i i.ff.de offic. eius &c. Nec refert,quòd iſti careant omninò Comitatu,ac illius reditibus, (quamuis peſsimè in hoc nobiſcum actum ſit,)ac proptereà quidam(vti Lex Canina)dicant eos nō eſſe propriè Comites,& Duces,ſed impropriè,& abuſiuè
34 cùm ſint ſine Comitatu,ſeu Ducatu.Quia reſpondeo,quòd quantum attinet ad ipſam dignitatem, illud ſcilicet quòd ſint ſine Comitatu &c.non impedit, quin prædicti propriè dicantur habere vtramque ſimul & Ducum, & Comitum digni

dignitatem: vt notanter tradit Decius in d.l.j. nu. 16. vt videri poteſt in Epiſcopis Suffraganeis, ſeu nulla tenentibus, qui licet ſint ſine Epiſcopatu, habent tamen dignitatem Epiſcopalem, ſicut & cęteri, qui Epiſcopatum habent bonum: de quibus abunde diſputat Iaſ. in l. Id quod apud hoſtes. ff. de
35 lega j. Hinc eſt, quòd cùm prædicti Illuſtres dicantur, nedum poterunt creare Doctores, & Tabelliones, ac baſtardos, procrea. dico legitimare, ſed etiam per ſubſtitutum legere: cum Illuſtres poſsint per ſubſtitutum oneribus deſeruire. l. Nullus in .3. ſuprà. de decu. libr. x. Eadémque ratione exiſtimo eos poſſe per ſubſtitutum ieiunare, iuxta notata per glo. in c. licet in verbo cõmiſerit. ext. de vot. & voti redemp. quæ licet ſimpliciter dicat, quòd quis pro alio (& ſic per ſubſtitutum) ieiunare poſsit, non tamen puto ſic generaliter intelligendam. Sed neceſſariò reſtringẽdam eſſe ad præfatos legum Comites & cæteros Illuſtres, qui poſſunt (vt iam dixi) oneribus per ſubſtitutum deſeruire ſalua tamen Theologorum ac Sanctæ Matris noſtræ Eccleſiæ determinatione habent: inſuper alias Iuris prærogatiuas in ſpeciale priuilegium: de quibus abundanter traditur per Iaſ. in d. l. 1. nu. XIII. ad quem breuitatis cauſa vos coniicio. Poſtremò, & quintò videndum eſt, circa eadem huiuſce Legis verba, quibus nempe dicitur, *ſi peritiam docendi, facundiam dicendi, ſubtilitatem interpretandi, copiáq;*
36 *diſſerendi ſe habere patefecerint*. Videndum inquam eſt, an huiuſmodi conditiones, ſiue qualitates, quæ hîc ex ordine inſeruntur, debeant de neceſsitate coniunctim concurrere in eo, qui ad hanc dignitatem (de qua loquitur text. iſte) aſpirare intendit. Quod tamen, vt coniunctim concurrere debeant, apertè innuit iſte tex. quia cùm huiuſmodi plures conditiones coniunctim, ſeu copulatiuè hîc inſerantur, omnibus quidem eſt parendum. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſti. ſic volo dicere, quòd cùm hîc ſint appoſitæ coniunctim plures cõditiones ad obtinendam præfatam dignitatem, omnibus qui-

dem iſtis conditionibus parendum erit, vt, ſic vna de prædictis qualitatibus deficiente, non poterit quis ad præfatum honorem aſpirare, & præſertim cùm conditiones debeant ſpecificè adimpleri. l. qui hæredi, in principio, & l. Meuius. ff. de condi. & demonſtr. ſic ergo huiuſmodi plures conditiones hîc in textu appoſitæ debent ſpecificè, ſeu ſigillatim adimpleri, & ita coniunctim concurrere. Hanc interpretationem ſequuti ſunt omnes Docto. indifferenter poſt gloſ. hîc; quæ (vt videtis) colligit ex hoc text. quòd nouem qualitates debent adeſſe, vt hîc latiùs per eam: nec adhuc inueni contradicentem, nec hanc communem interpretationem impugnantẽ.
37 Sed quàm falſa, ac erronea ſit hæc interpretatio (pace tantorum virorum dixerim) vos ipſi obſecro iudicate. Quandoquidem ſi vera exiſtat predicta gloſſæ interpretatio, nugatorium quippe redderetur iſtud Iuris priuilegium: cùm nemo facilè reperiri poſsit ita perfectus, vt coniunctim habeat omnes prædictas qualitates, videlicet *peritiam docendi, facundiam dicendi, ſubtilitatem interpretandi, & copiam diſſerendi.* Nam, vt inquit Frãc. Purpu. in d. l. 1. in principio, nu. 138. ff. de offic. eius & c. ſe expreſſè referens ad terminos huius noſtræ legis, quis eſt (inquit ille) qui coniunctim habeat omnes iſtas qualitates & laudabimus eum? quaſi dicat nullus, & hoc idem inquit de Rippa in c. 1. col. penul. nu. 93. extrà de Iudi. ad quod propoſitum accedat dictum Panor. in d. c. propoſuiſti. nu. 14. extrà de probat. dum ibidem voluit per hanc l. noſtram Vnicam omnes iſtas qualitates coniũctim requiri in eo, q promouetur ad magiſteriã, ſeu doctoralem dignitatẽ: nã ſubdit ille quòd pauci dignè attĩgũt hãc dignitatẽ: cũ tot reqſita ſint neceſſaria. Et ſic pauci ſunt ſecũdũ eũ, qui cõiũctim habeãt prędictas qualitates, & cõditiones. Si igitur nulli, aut pauci ſint, q cõiunctim habeãt prædictas cõditiones, & qualitates, nõ debuit ergo fieri huiuſmodi
38 conſtitutio: cùm iura fieri debeant de his, quæ frequenter & non vnico caſu, ſeu perrarò contingunt. l. ex his cum l. ſeq. ff. de

ff. de legib. per quem text. ludens dicit ibi gloſ. quòd propter bonas mulieres nõdebuit fieri lex,quia raræ ſunt,ſed propter malas, quia multæ ſunt: hinc videmus nullam legem in hoc toto noſtrocorpore Iuris Ciuilis loqui de muliere bona præter vnam duntaxat,quæ incipit mulier, bona.ff. de Iur.dot. & adhuc non loquitur de muliere bona, id eſt proba, ſeu fideli, ſed de muliere bona ſua omnia dante in dotem. Sic ergò redeundo ad propoſitum, non debuit Imperator (ſi nulli aut pauci ſunt qui coniunctim habeant prædictas qualitates)hãc
39 legem promulgare.Imò vt impoſsibilẽ debuit illam Imperator reiicere,& euacuare, cùm id, quod eſt multùm difficile, à Iure impoſsibile reputetur, ſecundum glo. in §. fere,in fi. Inſti.de rer. diui. ergo non debuit fieri hæc lex, cùm debeat lex eſſe poſsibilis. Cano. Erit autem lex 4. diſtinct. qua ratione putauerim ego præfatos Iurium Doctores in interpretatione huius noſtræ legis plurimùm fuiſſe allucinatos,dum arbitrantur iſtas conditiones, ſiue qualitates eſſe neceſſariò coniunctim requiſitas in eo,qui ad hunc honorem dignitatémve aſpi
40 rare intendit. Vnde alius quippe fuit(videri meo)ſenſus huius literæ, vt text.iſte dum loquitur de Grammaticis, Sophiſtis,& Iuriſperitis. *Si peritiam docendi,facundiam dicendi,ſubtilitatem Interpretandi, copiamq; diſſerendi ſe habere patefecerint.* Sic ſeu hoc modo interpretetur,vt hæc ſingula verba,ſiue requiſita ſingulis perſonis referantur,ſeu reddantur,vt in ſimili exponit glo. text.in §.quiſquis,in Authen.qui.mo.natu.effici. legit.in verbo perſcrutamur, in fi. colla. vj. nam dum ibidem tex.tria coniunctĩ ac copulatiuè cõmemorat.inqt ibi glo.redde ſingula ſingulis, quaſi velit, quòd in vno non debeant prædicta tria coniunctim, de neceſsitate concurrere. Sic itaq; dicamus,ſiue exponamus tex.noſtrum,vt hæc ſingula verba ſingulis hîc deſignatis perſonis reddantur, ſeu referantur, nempè vt *peritia docendi*, quæ ſecundum glo. hîc conſiſtit in rectè ſentiendo, referatur generaliter ad omnes tam Grammaticos,Sophiſtas,quàm Iu-

riſperitos in illa regia vrbe docentes, cùm quilibet iſtorum in facultate ſua docendo habere debeat peritiam, per quam de arte ſua, quam docet, rectè ſentiat. Nec enim aliter quiſpiam docere poſſet, cùm nemo debeat id attentare, ad quod eſt inſuſficiens, vel imperitus. l. idem Iuris §. Mulionem, & ibi Bal. ſummando illum tex. ff. ad l. Aquil. per quem tex. etiam vulgò traditur, quòd is, qui non ſcit equitare, non debet equũ aſcẽdere, ſic *peritia docendi* refertur ad omnes docentes hîc deſignatos: *facundia namque dicendi*, referatur ad Grammaticos publicè docentes. Cùm facundia dicendi maximè requiratur in his, qui rudia iuuenum ingenia inſtruunt, propterea vtitur Imperator hoc verbo *dicendi*, quòd ſecundùm Rhetores (vt refert Ioachimus Fortius in ſua Rhetorica, pagina. 249.) denotat aptè, copioſè, ac diſtinctè loqui, quaſi intendat hîc Imperator, vt docens Grammaticam ita ſe adaptet, ita verbis abundet, & diſtinguat, vt faciliùs erudiantur craſsæ Iuuenum mentes, vt hoc modò nõ loquatur tex. de puro Grammatico, qui tãtummodo ſcit rectè, ſeu emendatè loqui: nec enim talis eſt aptus pueris publicè edocendis, niſi & in ſe habeat dicendi facundiã: ad quod propoſitum plura accumulat Quintilianus libro ſecũdo Oratoriarum Inſtituti, ſub illo capite an protinus pręceptore optimò ſit vtendum: nec huic ſententiæ refragatur, quòd facũdia omnibus tam grammaticis, Sophiſtis, quam Iuriſperitis hîc ex ordine deſcriptis, conuenire videatur, per tex. in d. l. magiſtros, dùm inquit magiſtros, & Doctores etiam facundia excellere oportere. Quoniam reſpondetur, (vt ſuprà dictum eſt) facundiam tibi accipi in genere pro ſcientia, & doctrina, & nõ in ſpeciæ, vt hîc, quæ propterea hoc in loco vt ſpecies ſumpta tantummodo ad ipſos Grammaticos (ex his quę ſtatim dixi) referenda eſt. *Subtilitas* verò *interpretandi* referatur ad Iuriſperi-
41 tos, cùm illorum vis, atque poteſtas conſiſtat in hac dubtili interpretatione, vt pote in inductione, adaptatione, ſiue aplicatione legum, ſcilicet de ſimilibus ad ſimilia: vt eſt tex. ſingu. in. l non ſolum §. qui primipillum ff. de excuſatio. tuto. dùm textus

ibidem dicit, quam conſtitutionem rectè adaptans omnibus ſimilibus capitulis &c. per quem tex. notat ibi expreſsè Bal. quòd virtus legum conſiſtit in inductione,& applicatione &c. Nam cùm omnes articuli, ſeu facti ſpecies non poſsint ſigillatim legibus,aut ſenatuſconſultis comprehendi,debent ſubtili quadam interpretatione ſuppleri: ait tex. in l. non poſſunt, cũ l. ſeq.ff.de legi. hoc eſt, vt exponit ibidem glo. vt procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Hinc videmus quòd ibi caſus legis pro dirimenda controuerſia clarus non eſt, inducitur textus in argumentum,inquit notan.Panor.in c.Cauſam quæ in fine.ext. de offi. dele.& ſic deciditur controuerſia per ſubtilem interpretationem,cùm argumentum dicatur quaſi argutè ſeu ſubtiliter inuentũ.c. forus §. argumentum, extrà de verb.ſig. hac ratione glo.ſępenumero vtitur his verb.argumento legis &c. Ex quib' præmiſsis patet,quòd *ſubtilitas interpretãdi* hîc referri debet ad ſolos Iuriſperitos.Deniq; *copia diſſerendi* referatur ad Sophiſtas qui Dialecticam docent,cùm diſſerere nihil aliud ſit (autore Calepino in verbo diſſerere)quàm diſputare, & declarare:quod eſt proprium Sophiſtarum, ſeu Dialecticorũ :quorumquidem ſcientia ſolùm conſiſtit in diſputando,& declarãdo,quid ſit res,& quotuplex ſit.Eſt nempe Dialectica ars diffiniendi & diuidendi, vt inquiunt illius aris profeſsores, vt refert Chriſto. Hegen.in ſua Dialectica legali in principio libri ſecundi,pagina.57. quò fit,vt *copia diſſerendi* hîc referatur ad Sophiſtas, ipſam Dialecticam docentes. Et conſequenter ex præmiſsis euidẽter apparet,ceſſante omni calumnia & tergiuerſatione,quòd hæc in text. coniunctim inſerta ſunt ſingula
42 ſingulis reddenda,& referenda.Hanc meã nouam interpretationem admiſit generalis omnium ferè vniuerſitatum conſuetudo,quæ eſt optima legum interpres, vt dicit text. in l. Si de
43 interpretatione ff. de leg. Neque enim Bar. (qui fuit lucerna Iuris Ciuilis,cuius veſtigia ſunt in terris adoranda vt inquit Iaſ. in l. Si ex legati cã. colun.fin.ff. de verb. obl.) habuit con

iūctim omnes iſtas conditiones,ſeu qualitates, nec inquã in ſe
habuit hãc dicendi facũdiã,vt eius opera rudibꝰ verbis ac quo-
dãmodo groſsis(vt ita loquar)emiſſa publicè atteſtãtur.Et ta-
mẽ vti Comes legũ à Prĩcipe impetrauit, vt in adoptionibus,
emãcipationibúſq; autoritatẽ præſtare poſſet,& minoribꝰ ve-
44 niã ætatis cõcedere,vt refert Bal.in l.penul.§.quę in filio.C.de
adop.ſimiliter Accurſius gloſſator noſter,ne ab extraneis exẽ
pla petamus,q̃ fuit vberrimus fons Iuris Ciuilis, vt inquit Bal.
in C.dilecti. extrà de maio.& obed.& ꝑ quẽ nobis omnino ſuc
curſum fuit aduerſustenebras IurisCiuilis, ac ꝓpterea fuerit
Accurtius nũcupatus,quaſi tenebris occurrẽs ſcilicet Iuris Ci-
uilis,vt ipſemet de ſuo nomine gloriatur in l.facta.§.Si ſub cõ-
ditione, in verbo cõditio.ff.ad Trebel.de quo etiã quãtæ auto
ritatis fuerit,plura accumulat Iaſ. more ſuo in l. vt vĩ.nu.34.ff.
de Inſt.& Iure.Accur.inquã,vti Iuriſperitꝰ ſimul cũ Ioãne Grã
matico hãc Comitis dignitatẽ obtinuit,vt hîc in fi. verbis gloſ
ſæ dicitur,& tñ quãta fuerit vſus barbarie,& inſipido ſermo-
ne in ſuis gloſsẽmatibꝰ facilè ex aſpectu(qua probatione nulla
maior eſſe poteſt l.ſi irruptione §.final.ff.de Iudi.fini.regun.)iu
dicari poteſt:imò ipſe Accurtius perrarò dicebat aliq̃d de ſuo
capite,ſed in omnibꝰ ſequebatur opiniones antiquiorũ,vt re-
45 fert Paul.Caſtr.in auten.Ceſsãte in fine.C.de leg.hære.de præ
dictis Bartolo & Accurtio,quòd rudes & bonarũ literarũ pe-
nitus expertes extiterĩt,cõmemorat Alciatus in ſua epiſtola in
titulũ de verb.ſig.præinſerta:ibi deniq; meminit fuiſſe doctiſsi
mos plures alios Iureperitos eiuſdẽ farinæ viros.Ex quibꝰ præ
miſsis videmus cõſuetudinẽ ſic hcc legẽ fuiſſe interpretatã, vt
nõ hæc omnia cõiunctim in vno profeſſore,per viginti annos
docẽte,neceſſariò requirãtur. Quò fit, digniſsime Prolegate,
ac vos Generoſi Patres, vt nemini mirùm videri debeat,ſi hoc
noſtrũ Sacroſanctũ Doctorũ Aggregatorũ collegium me vix
balbutientẽ,ac imperitũ ſermone(vt in ſimili de ſeipſo loqui,
tur Pau.Apoſt.ad Corin. 2. c.xj) per vigintiduos annos, & vl-
tra huic publicæ prælect.cum ſũmis laboribus,ac vigiliis mul-

tis continuè operã dantẽ, ad hocIuris priuilegiũ his proximis diebus nemine penitus diſcrepãte, admiſerit, vt pote expreſsè declarãdo ſe nolle me vllo modo impedire, quominus ingerã me pro Comite, prout de iure, & cõſuetudine fieri ſolet, ac debet: vt de prædictis cõſtat libro deliberationũ noſtrarũ, Primicerio tũc exiſtẽte magnifico Alziario de Cadenero Iuriũ Doctore, ordinario profeſſore Iuris Põtificij, collega meo, & mihi intimo. Et ad maiorẽ denique huius ampliſsimæ dignitatis approbationẽ à Reuerẽdiſsimo digniſsimóq; Prolegato noſtro
46 benignè impetraui, vt me talẽ & pro tali declararet. Neq; enim eſt iuri contrariũ, vt q ipſo Iure Comes exiſtit, à principe vtiq; Comes declaretur: ſecũdũ Bar. in l. vti frui. §. vtrum. ff. ſi vſufr. pet. Sicut in ſimili dicim⁹ de ſententia, quæ licet ipſo. quidẽ iure nulla exiſtat, poteſt tamen peti, vt per Iudicem nulla pronuntietur, ſecũdũ eundẽ Bar. poſt gloſſam in l. 1. ff. de feriis. Solùm igitur nũc mihi ſupereſt, vt pro gratiarũ actione huius tãti accepti beneficij verbis Maronis vtar: grateis perſoluere dignas nõ opis eſt noſtrę. Nã ſi omnia, ac ſingula in me à noſtro præclaro, & venerabili collegio copioſè in dies collata beneficia æquare perrexero, (vt irana illa Aeſopica rũpar,) neceſſe eſt. Faxit intereà Deus optimus maximus, vt pro tantis acceptis beneficiis hoc noſtrũ in ſempiternũ fœliciter maneat collegiũ: cui quandiu vixero, ac ſpirit⁹ hos rexerit artus, me omnino deuinctũ eſſe vnà cũ vxore noſtra, huius ampliſsimæ dignitatis participe, & cõſocia, ac liberis noſtris publicè fatebor. Nec te pręteribo, ampliſsime Prolegate, qui me tot tãtíſq; tuæ humanitatis officiis obruiſti, vt me ſoluẽdo futurũ deſperẽ: ac ꝑpterea dum id, quod velim non poſſim Deum interim hoc vnum obnixè deprecor, vt te paſtore optimo integerrimóq; diutiſſimè gaudeat hęc noſtra vrbs præclara Auenica, ac te cõſeruet per infinitos annos. Veſtræ interim omnium erit humanitatis noſtros in hac Vnica lege ſuceptos labores boni, æquíque conſulere.

FINIS.

# AD CÆSAREM NOVARINVM D. Iac. Iuriſconſ. & Comitis Illuſtr. filium & ſummæ ſpei puerum Gabrielis Imberti Montiliani Carmen parænceticon.

*Diſce puer teneris pietatem Cæſar ab annis,*
*Quæ facilem cunctis pandit ad aſtra viam.*
*Tu vitium fugiens virtutem amplectere claram,*
*Quæ tibi perpetuum ſit paritura decus.*
*Excole præterea doctrinis pectus honeſtis,*
*Hinc venit vtilitas, nec mediocris honor.*
*Hæc facienda tibi ſtatue, ac imitare parentem,*
*Qui modò perſimilem te cupit eſſe ſui.*
*Crede mihi, ſpes eſt in te non parua tuorum,*
*Hanc vince, & tanto ſic patre dignus eris.*